6279 . . . . aed., interrex[1], | . . . f. Cn. | [*n. Aem.?*] Fusc. | [*frat*]ri, | Clodiae | C. Fusci | uxori.

Ad Fundos rep. (X 6232 vidit Mommsen). — 1) *Cf. N. 6285 not. 3.*

6280 Q. Gavius Q. f. Nauta, | M. Caius C. f., | G.[1] Braccius C. f. | aed.[2] ex s. c. fac. coer. | eidemq. probar.

Fundis loco antiquo in moenibus oppidi (I 1189. X 6233 vidit Mommsen). Gemelli sunt tituli eodem fere loco extantes X 6234. 6235. — 1) C. *tituli duo gemelli.* — 2) *De tribus aedilibus Fundanis cf. supra N. 5323—5325.*

6281 L. Runtio L. f. Aem. | Gemello | aedili II quinq.[1], | quod curam muner. | publici splendide | administraverit, | Fundani aere conlato. | L. d. d. d.

Fundis (X 6240 vidit Mommsen). — 1) *Aedili iterum quinquennali. Fundis cum magistratus non essent nisi aediles, potestas censoria quinto quoque anno his tributa sit necesse est.* Aed. bis quinq. bis Fundis *est in t. Narbonensi XII 4357.*

Alios titulos Fundanos dedi supra N. 325. 985. 4975. 5187. 5323—5325. 6093.

6282 T. Acilio P. f. An. | Florentino | equo publ., praef. coh. | V Breucorum, | Formiani omnium | ordinum viri, | quod is testamento suo | HS C̄ m. n̄. legaverit, ex qua | summa tensae[1] Minervae | ex argenti libris centum | [*c*]um parergis suis to[*tis* | *fierent*].

Formiis (Mola di Gaeta) (X 6102 vidit Mommsen). — 1) *De tensis deorum cf. Marquardt Staatsverw. III ed. 2 p. 509, 3 (item supra N. 1987 fin.).*

6283 L. Varronio L. f. | Pal. Capitoni | scribae aedilic., | accenso velato, | IIviro quinquen., | curatori aquarum, | patrono coloniae, | ordo regalium[1]; | quorum honore | contentus sua pecun. | posuit. L. d. d. d.

Prope Formias rep. (X 6094 vidit Mommsen). — 1) *Mommsen cogitavit de collegio clientium, quod patronum suum regem appellaverit.*

6284 . . . . | magisteri I. o. m. p. d. m.[1] | s. p. p.[2], cuius dedicat. | decur. in luc. publice | vescentib. sing. HS XX n̄. | dedit. L. d. d. d.

Formiis (Molae) (X 6073 vidit Mommsen). — 1) *Litterae* p. d. m. *obscurae.* 2) *Sua pecunia posuit.*

6285 L. Arrio Salano | praef. quinq. Ti. Caesaris, | praef. quinq. Neronis et Drus[*i*] | Caesarum designato[1], tub. sac. p. R.[2], | aed. III, auguri, interreg[*i*][3], | trib. milit. legion. III August., | leg. X Geminae, práef. equit., | praef. castrór., praef. fabr. | Oppia uxor.

Formiis (Mola di Gaeta) (X 6101 vidit Mommsen). — 1) *Praefecto quinquennali.* — 2) *Tubicini sacrorum populi Romani; cf. N. 6286 not. 3.* — 3) *Interreges inveniuntur etiam Fundis (N. 6279), Beneventi (N. 6492), Narbone, Nemausi, Ursone (N. 6087 cap. 130 fin. p. 514).*

Alios titulos Formiis vel prope Formias repertos habes N. 420. 886. 1212. 1483. 1500. 1583. 1945. 4108. 4109. 5329. 5347. 5576. 6295 (?)

---

archive.org